



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. V. Major, Major pars, Majores causæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

sua dialectic. legal. lib. 2. in rubr. de loco à majori ad minus allegatus in Conf. Argent. consil. 2. num. 23. vol. 1.

IV.

MAGIS ac minus non mutant rei speciem aut naturam. *l. fin. ff. de fundo instr.* Alphonf. à Narbona *l. 15. gloss. 1. num. 13. in fin. tit. 21. lib. 4. Recop. & novissimè Didac.* Narbona *de etate ad humanos actus requisita anno 14. q. 56. num. 2.* [aut substantiam Rosenthal. *de feud. cap. 9. memb. 1. conclus. 56. num. 16.* Vult. 3. *Conf. Marp. 35. n. 34.* nec faciunt diversas species. *l. is cui 11. ff. quem servit. amitt.* Pantschm. 1. *quest. pract. 17. numer. 122.* Jason. *in l. imperium. vers. cum predicta. ff. de Jurisdic.* sicut nec variant speciem. *Novell. 69. c. 1. h. e.* differentiam realem inducunt. *d. l. fin. ff. de fund. instr. l. 1.* ita furtum etiam in re minima fieri, docet §. 16. *Inst. de rer. divis. imò & rapinam, evincit l. 2. §. 31. vi bon. rapt. ubi C. A. tb. 7. n. 3.* in quibusdam autem minima non curari patescit ex *l. 9. in fin. de dolo. vid. infra c. Minima.* Sic quandoque etiam quantitas curatur. *l. 3. pr. de abig. & variat speciem delicti, ita furti & abigeatus crimen quidem differunt, sed non specie interna. l. 2. de abig. sed tantum variat accidentia qualitatibus & quantitatibus. l. ult. de instr. vel instr. legat. Mothom. in epist. de usu & habu.*

CAP. IV.

Majestas. Crimen læsæ Majestatis vid. perduellio.

Axioma I.

Majestas omnium rerum in Repub. est Dominia, *l. de precatio. 9. ff. ad L. Rhod. de jact. c. deat. 23. q. 5. cap. convenior. ibi in potestate ejus 23. quest. 8. Novell. 7. §. si minus. ibi multorum Dominus.* Dicitur enim Majestas canon animatus in terris, *cap. ipsi sunt 9. quest. 3. Lex animata. Nov. 105.* Conditor Legum Symmach. *Epist. 10. fons justitiæ.* Socin. *consil. 164. num. 5. volum. 2.* in cuius pectore resident omnes leges *l. omnium. C. de testam. cap. 1. de constit. Corn. consil. 16. n. 14. vol. 1.* Arnif. *lib. 2. de Majest. cap. 3. num. 14.* Unde nullam esse illorum Majestatem, qui superiorem recognoscunt, ait Guilhelm. Boeckel. *in tract. de publ. judic. disquis. 4. pag. 40.* aliàs si esset in illis Majestas, tot nobis essent Imperatores quot Principes. Unde & Bodinus *lib. 2. de Repub. cap. 9. pag. 359. & lib. 5. cap. 3. pag. 845.* penitus negavit illos medioximos jus Majestatis habere, indeque Majestatem illam penes Cæsarem residere post Tiber. Decian. *in pract. crim. lib. 7. c. 4. num. 2. tradit Barclai. lib. 4. cap. 13. contr. Mo-*

narchom. pag. 282. adeoque nomen majestatis Imperatori aliisque Serenitatibus vel Celsitudinibus propriè convenit. Bodin. *de Republic. lib. 1. cap. 16. num. 149.* Dicitur enim majestas quasi major status vel potestas post Oldrad. *consil. 43.* Gas. *de crimin. les. Majest. lib. 1. sub rubr. quotuplex sit Majestas. num. 24.* licet quandoque abusive Prætori attribuatur. *l. penult. de just. & jur. l. si familia 9. ff. de jurisdic.* Inde & eos tantum qui in Cæsaris Majestatem committunt poenis. *l. quisquis C. & l. ult. ff. ad L. Jul. Majest. & extr. qui sint rebelles.* subijci receptius Rol. à Valle *consil. 74. in harendo. num. 5. in fin. & seqq.* Decian. *dict. loc. num. 7.* ubi plures allegat. Thomas Michael. *de jurisdic. conclus. 7. lit. e.* in reliquis autem qui superiorem recognoscunt, non nisi per extensionem impropriam accipiendum erit. Matth. Wesenb. *in parat. ad Leg. Jul. Majest. num. 4.* Guid. Pap. *decis. 344. n. 2.* Mynsing. *respons. 44. decis. 5. n. 12.*

II.

Nemo potest fieri criminis læsæ Majestatis reus, nisi fuerit subditus Clem. *Pastoralis §. rursus de re judic. ubi Card. & Imol. latè Bart. in extr. vag. qui sunt rebelles. verb. rebellando. verb. rebellis. & verb. tenore Lud. Gomez ad §. rursus. Instit. de action. n. 23.* ubi ampliat quod procedat etiam in Clerico Episcopo committente crimen læsæ Majestatis contra Principem secularem sui domicilii vel originis, qui licet non dicatur subditus principi seculari, etiam si vellet se subditum facere, per ea quæ not. Signorol. *de Homodeis consil. 25. incip. statuto civitatis. col. 2.* puniri tamen poterit propter domicilium quod subest illi principi, prout concludit Card. Alex. *in cap. imprimis. §. de persona in 1. & 2. col. 2. q. 1. post Roman. & alios quos refert in consil. 365. moti per text. in cap. si quis Laicus 22. q. 5. Abbas in cap. at si Clerici in fin. princ. extr. de judic. vid. tamen text. in cap. cum non ab homine. quem ibid. declarat. Aretin. de judic. & gloss. in cap. satis per versusum 56. distinct.*

III.

Quoties quis contra dignitatem principis facit, seu usum jurium Majestatis quodatenus sibi adscribit, toties committitur crimen læsæ majestatis simplex. Quia sic quidem læditur majestas, non tamen animo hostili, verum lucris potius aliave ex causa. *l. ult. in fin. ff. ad L. Jul. Majest.* Huc pertinent adulterantes vel radentes monetam *l. 5. ff. ad L. Cornet. de falsi.* Principi maledicentes, de quo vid. *l. un. C. si quis principi maledix.*

CAP. V.

Major, Major pars, Majores causæ.

Axioma I.

Major indubio ille reputatur, qui majorem habet ætatem, latè Andr. Sicul. *consil. 10. incip. sapienter scribitur. col. fin. lib. 2. & consil. 30. sacro scriptum est Evangelio. col. 1. eod. lib.* Unde il-

lum

lum majorem propriè dici qui plures annos habet, existimat Alex. *consil.* 123. *discussis.* col. 1. *dub.* 1. Socin. *consil.* 252. *Vitis instrumentis.* col. 1. *per l. si pater 15. §. fin. cum l. seq. ff. de adopt.* Quot modis autem major dicatur, vid. Felin. *in cap. super eo. el. 2. col. pen. de test.* & an statutum loquens de majore, debeat intelligi de majore respectu ætatis vel administrationis. vid. Carol. Ruin. *in re. pet. l. Gallus §. quod sit tantum.* col. 31. *ff. de liber. & posth.* Tutius tamen esse si hoc arbitrio judicis relinqvatur, cum secundum subjectam materiam hoc reguletur, concludunt Alexand. *consil.* 4. *p. ponderis.* vol. 4. Felin. *in rubr. de major. & obed.* Corn. *consil.* 303. *videtur* vol. 3.

II.

Major pars quod facit, id ceteri quoque fecisse videntur. *l. 3. §. 4. quod cuiusq. univers. nom. l. 19. ad municipal.* Ratio, quia major pars concludit, quam regulam non modo in judiciis, arbitriis, sed & in statutis locum invenisse, asserit Augustin. Berous. *2. conf. 89. numer. 18. §. 19. v. acta Ratisbonensis de anno 1611.* Unde & juris nostri auctores, ubi pluribus decernendum quid est, majoris partis consensum neutiquam improbarunt. *v. l. 7. §. ult. ff. de pact. d. l. 3. §. 4. quod cuiusq. univers. nom. l. aliud 160. §. referitur. l. de R. I. §. 1. instit. de satisfact. tut. l. ult. C. de Cur. bon. dand.* propter naturalem enim hominum ad dissentendum libidinem *l. 17. §. 6. ff. de recept. arbitr.* multa salutaria consilia exitum non consequerentur, nec ulla speranda esset concordia, nisi minorem pars major vinceret. Dan. Ott. *de jur. pub. c. 13. p. 343.* hinc majorem partem posse præjudicare minori evidentissime patet ex *c. super his 7. de testib. cogend.* ubi quod longe major & sanior pars capituli concludit, id tenere dicitur. Ita & in Electionibus ad officia majora vota respiciuntur. Debent tamen duæ partes ex tribus Curia in negotiis decidendis adesse. *l. 46. C. de Decur. Perez. C. eod. n. 25.* Hodie tamen ex consuetudine subsistit Decretum ordinis vel Concilii, etiamsi minor numerus quam duæ partes decurionem fuerit congregatus. *Perez. C. de Decret. Decur. n. 3.*

Limitatur tamen quod non procedat (1.) in collegialibus quæstionibus, ubi de jure singulorum quæstio, aut (2.) infringendis libertatibus etiam præscriptione quæstis agitur. Felin. *in cap. cum omnes. n. 15. vers. pro qua fuit. & n. 18. vers. fallit secundo & vers. quinto fallit de constitut. vid. tredecim exceptiones apud Besold. in voce meiste Stimmen pag. 544.* qualis etiam est religionis & contributionum. *vid. Dan. Otton. de jur. publ. cap. 13. pag. 344.* tum enim illa regula & ratio attendenda, qua dicitur: in his quæ competunt pluribus ut singulis majorem partem non posse præjudicare minori. *cap. quod omnes 29. de R. I. in 6. c. cum omnes 6. §. cum igitur 4. de constit. l. per fundum 11. de serv. rust. præd. Carpov. p. 1. conf. 30. defin. 13. mem. ult.* quod enim omnes tangit ab omnibus etiam est approbandum. *l. ult. C. de auctor. præst. l. 3. C. res inter alios acta.* quapropter ut major pars præjudicet minori, debent omnes convenire &

collegialiter discutere. Ant. Faber. *C. lib. 1. tit. 9. defin. 21. num. 8. per l. ult. de cumt. bon. dando.* Quod tamen secus, quando aliquid fieret à pluribus ut ab omnibus: hoc enim casu majoris consensum sufficere cum Gothofredo *in not. ad d. l. 19. ad municipal.* testatur Wesenb. *p. 5. conf. 331. n. 12.* tum adde omnino quæ habet Socin. *regula 16. vid. Felin. ad cap. cum omnes X. de Constitution.* Limita (3.) in actu voluntario, qui scilicet citra omnem necessitatem fit, e. g. fisci dotandi, honorarii faciendi gratia, non consentientes non obligantur, etsi major pars consenserit, & vel una faba nigra totum actum impedit *l. 4. ff. de Decret. ab ord. faciend.* In actibus autem necessariis & utilibus communitati, qualis est dissolutio æris alieni, munitio Civitatis, solutio census principi, majoris partis consensus sufficit. Expenditur enim hic causa publica, quæ omnes cives concernit, licet secundario Contributio in bona singulorum dirigatur. *Perez. C. de Indict. num. 15. 16. (4.)* in actibus, qui gravamen aut damnum inferunt, necesse est ut omnes concordent, & unius contradictio actum impedire potest. In his itaque prævalet non major sed sanior pars, neque enim ex multitudine auctorum id, quod æquius, æstimandum. *Perez. C. de decur. num. 25. 26. (5.)* Præses Curia non tenetur ex majoris partis sententia rem decernere, sed potest quandoque sanioris partis decretum executioni dare. Contrarium tamen obtinet *Perez. C. de Decret. Decur. n. 4.*

III.

Major pars personarum regulariter ex numero æstimatur. *l. 3. ff. de postul. l. quod major 19. ad municip. l. aliud 160. de R. I.*

Fallit I. *in casu l. 7. §. ult. & l. seq. de pact. conventionis* scilicet creditorum de remittenda debiti parte debitori obærato: eo enim in casu major creditorum pars non ex numero personarum æstimatur, sed ex summa ejus quod cuique debetur. *vid. tr. nostrum de altero tanto. p. 10. th. 7.*

Fallit II. *in l. 2. de curat. bon. dand.*
Fallit III. *in l. si plures 14. depositi. l. ult. qui bon. ced. poss.*

Fallit IV. in tribus tutelis, hæ enim non ex pupillorum numero, sed ex quantitate æstimantur, adeo ut una gravis & negotiosa pro tribus numeretur *l. si is qui 31. de Excus. tut.* Hottoman. *ad l. 7. §. ult. & l. 8. de pact. ubi vid.*

Fallit V. in feudis, ubi major pars non dicitur respectu numeri personarum, sed respectu nature ipsius feudi, *l. majorem 8. de pactis l. ult. tim. C. qui bon. ced. poss. 6. Imperialem §. firmiter. vers. præterea 2. F. 55. Argent. 1. conf. 31. num. 39.* his junge & alios casus ex relat. Act. Ratisbon. de anno 1638. Klock. *de contribut. p. 7. & seqq.*

IV.

Majores causæ majores judices desiderant, arg. *l. non distingvemus. 32. §. de libentli. 7. ff. de recept. arbitr. l. 2. in fin. C. de pedan. judic. verb. dijudicet. l. jam dudum 5. C. ubi status caus. agi deb. c. 1. Apud quem controvers. feud. definitur. 1. feud. 18. Vult. 3. conf. Marpur. 35. n. 7.*

V.

MAJOR ratio elidit minorem, *l. si debitori 47. in fine. ff. de fidejuss. l. cui pacto 5. ff. de servis exportand.* Et major facit cessare minorem, ubi concurrunt. Cardinal. Tusch. *prætic. conclus. tom. 5. lit. M. conclus. 16.* quia lumen majus obfuscatur minus. Idem Card. Tusch. *eod. tom. 5. lit. L. conclus. 458.* & dignum magis trahit ad se minus dignum. [*cap. quod in dubiis 3. de consecratione Eccles. c. 1. eod. in 6. c. de jejunio 3. ubi gl. verb. celest. dist. 76. cum aliis quæ allegat Tiraq. de retract. proxim. §. 1. gloss. 2. numer. 15.* per rationem, quod pars major ad se trahat minorem, quamvis diversa sit qualitatibus. Tiraqvell. *de retract. prox. §. 36. gloss. 3. numer. 6.* Bald. 4. q. 6. C. de edict. D. Adr. roll. sic ut eodem jure sit censenda, *l. cum qui 23. de usuc. l. longa 3. de temp. prescript.* Wesslenb. 1. consil. 18. num. 32. vid. *supr. lib. 4. c. Dignum.*

VI.

MAJORI summa inest minor. *Vide infra lib. 17. voce Summa.*

CAP. VI.

Mala fides.

Axioma 1.

Mala fides non solum ab initio verum etiam ex post-facto, superaddente læsa conscientia, potest existere. *l. qui bona 33. l. quæsitum 40. l. bona fidei 48. ff. de acquir. dom. l. qui sci. 25. §. fin. ff. de usur. c. si virgo 34. q. 5. l. unic. C. de usucap. transform. gl. ad l. 1. de acquir. poss.*

II.

Mala & bona fides sunt contraria. Forner. *ad l. 109. ff. de V. S. Dyn. ad cap. possessor. de R. I. in 6.* nec medium inter utramque datur: bonum enim malum esse nequit, nec malum bonum: uti nec nigrum album. Equidem bono melius esse potest, & malo pejus, *l. ubi autem 75. §. 1. ff. de V. O.* at nunquam quod malum est propter ea bonum erit, nec poterit eadem conscientia de eadem re simul esse læsa vel illæsa, certa & dubia, sincera & callida. vid. *Goedd. ad d. l. 109. de V. S. n. 3.*

III.

Malam fidem neque error facti, neque etiam juris, fraude, calliditate, machinatione, simulatione carens inducere potest. Claud. Pratei. *lib. 5. reg. jur. tit. 2. cap. 2. vid. latè de hac regula.* Goedd. *ad d. l. 109. num. 4.* Unde etiam si prætendatur errorem juris de jure præsumi malam fidem habere, *cap. qui contra de Reg. Jur. in 6.* quia & in dolo versari præsumitur; hoc nihil cum hoc axioma quippiam commune habebit, tum quia ad aliam regulam, ut ea declaratur, adhibetur, quæ asseritur in dubio semper bonam fidem præsumi. Petr. Peck. *ad d. cap. qui contra. num. 1.*

de R. I. in 6. & ad c. 2. num. 6. eod. tum quia aliud est quærere an sit, & aliud an præsumatur esse. Quantum enim ipsum *no. 2. in 2.* differt à *no. 2. ex 2.*, tantum quoque hæc inter se distabunt, quemadmodum hoc pluribus demonstrat *Goedd. ad d. l. 109. de V. S. n. 6.*

IV.

In mala fide tum demum quis constituitur, quando culpa aliqua ei potest imputari. Socinus *consil. 145. n. 64. & seq. Tiber. Decianus consil. 20. n. 63. vid. Vult. 3. Conf. Marp. 21. num. 103.* Unde & scientia rei alienæ aut sese aliter habentis, quam geritur, malam fidem inducere dicitur, *cap. si virgo 34. q. 2. l. fin. ubi Bart. C. unde vi. idem in l. illud. ff. de pet. hered. Paris. consil. 49. num. 30. vol. 3. Cravett. consil. 16. num. 6. vol. 1. Cephal. consil. 161. numer. 31. vol. 2. & consil. 724. num. 48. vol. 5. Mascard. de probat. vol. 2. concl. 1002. n. 36. Myns. consil. 41. n. 5. Fortun. Garzia. de ult. fin. jur. num. 44. Anton. de Amatis decis. 169. num. 2. Seraphin. decis. 1360. n. 15. & in specie malam fidem argui, quando quis scit rem ad alium pertinere in totum vel pro parte, docet Bald. in l. post sententiam. col. pen. vers. extr. gl. C. de sentent.*

V.

Qui in mala fide est, ullo tempore præscribere non potest, *cap. fin. de prescript. c. possessor de R. I. in 6. gloss. in cap. 1. de prescript. in 6. Angel. in §. furiosa. Inst. de usucap. Panorm. consil. 19. vol. 2. Socin. jun. consil. 93. n. 15. vol. 1. Gozad. in consil. 56. n. 13. Paris. consil. 27. num. 115. & seq. Cravett. consil. 146. vol. 1. Balb. qui pluries dicit eam esse communem in tract. de prescript. p. 2. parti. 3. pr. quæst. 13. quod certum esse dicit Fichard. consil. 13. num. 17. vol. 2. add. & Menoch. consil. 231. num. 40. lib. 3. Vult. 1. consil. Marpurg. 18. n. 56. Adeo ut ne tempore quidem immemoriali, imò omnino nulla præscriptio stante mala fide procedere possit, prout tenent gloss. & *Id. in c. 1. de prescript. in 6. Panorm. in cap. fin. de consil. Rip. in cap. cum Ecclesiis. num. 99. de caus. poss. & propr. Joh. Andr. & alii in cap. si diligenti de prescript. Rub. Alexand. consil. 13. numer. 14. Paris. consil. 79. num. 24. & consil. 112. n. 32. vol. 1. Cravett. consil. 146. n. 2. vol. 1. & hanc extensionem veram esse dicit Balb. d. p. 3. quæst. 6. num. 20. vers. sed contrarium. vid. & Zaf. consil. 16. §. 51. vol. 1. ubi ait cessare præscriptionem, etiam si per mille millia annorum durasset, quem refert & sequitur Fichard. consil. 148. numer. 18. vol. 2. neque contrarium lege vel statuto induci possit, per ea quæ tradit Burlat. consil. 66. num. 8. vol. 1. neque etiam in statutaria quidem præscriptione mala fides ullo tempore admittatur. Balb. d. p. 3. quæst. 10. & 14. Alex. consil. 105. num. 27. vol. 7. Riminald. jun. consil. 37. num. 68. vol. 1. Rol. à Vall. consil. 6. num. 41. & seq. vol. 3. Paris. consil. 87. numer. 13. vol. 1. Cephal. consil. 316. n. 6. vol. 3. eamque communem esse, in thesauro commun. opin. scribunt in lit. P. Villalob. num. 204. Soarez num. 200. Viv. lib. 1. opin. 276. in fin. Burlat. consil. 217. num. 1. vol. 2. atque in terminis pacti de retrovendendo consulti respondent. Ruin. consil. 150. numer. 17. vol. 4. Curt. jun. consil. 328. vol. 3.**